



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.50. Caroli Imperatoris Testamentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæculum IX. suscepit, & pacem sinceram populis reddidit. Viri fama usque ad Græcos &

v. Alcu. ep.

107.

Sup. Lib.

VIII. §. 6.

Vit. Ant. c. 2.

Insulas penetravit, & in stylo ænigmatico illius ævi jam nomine Augustini jam Antonii veniebat. Augustinus quidem dicebatur, quod esset eloquentissimus, & Sancti hujus Doctoris Opera præ ceteris amaret, Antonius vero, quia hujus S. Viri exemplum secutus omnium aliorum virtutes imitari & in se solo colligere satagebat.

§. L.

Caroli Imperatoris Testamentum.

Vit. per E-

gin. Capit.

to. p. 887.

to. 7. Cons.

p. 1202.

Carolus Imperator mortem cogitans, condito testamento, thesaurorum suorum & supellectilis distributionem anno Jesu Christi octingentesimo undecimo, Regni sui in Francia quadragesimo tertio, Imperii undecimo, Indictione quarta ordinavit, eo consilio, ut pro more Christianorum eleemosynas largiretur, & lites hæredum suorum præcaveret. Omnia sua bona mobilia divisit in tres partes, & partes duas in viginti & unam portiones, singulas Ecclesiis Regni sui Metropolitanis conferendas, videlicet, Romanæ, Ravennatensi, Mediolanensi, Forojulensi, Gradeni, Coloniensi, Moguntinæ, Juvaviensi, alias Salisburgensi, Trevirensi, Senonensi, Vesuntionensi, Lugdunensi, Rothomagensi, Rhemensi, Arc-

Arelatensi, Viennensi, Tarentasiana seu *Sæculum IX.*
 Centronensi, Embrodunensi, Burdega- *A.C. 811.*
 lensi, Turonensi, & Bituricensi. In qua-
 libet Ecclesia Imperatoris eleemosyna
 ab Archiepiscopo dividenda erat in par-
 tes tres, quarum tertia Ecclesiæ suæ re-
 servata duas reliquas suis Suffraganeis
 daret. De tertia vero parte totius Elee-
 mosynæ Imperator in obitu suo decer-
 nere statuerat, & hujus quoque portio-
 nis mediam partem pauperibus daturus
 erat. Prohibet, ne ejus Capella in par-
 tes dividatur, id est, supellex ad Mini-
 sterium Ecclesiasticum pertinens. Sed
 præcipit, ut Bibliotheca sua venumde-
 tur, & pretium in pauperes erogetur.
 In Caroli thesauro inter res pretio &
 arte mirabiles visebantur una mensa au-
 rea & tres argenteæ. Unam ex argen-
 teis donat S. Petro Romæ. Hæc qua-
 drata erat & Ichnographiam Civitatis
 Constantinopolitanæ exhibebat. Epis-
 copo Ravennatensi dat alteram mensam
 orbicularem, in qua Urbs Romana re-
 præsentabatur. Tertiam duabus aliis
 majorem, tres orbes habentem & Geo-
 graphiam totius mundi exhibentem, u-
 nacum mensa aurea hæredibus suis re-
 linquit ea conditione, ut mediam pretii
 partem in pauperes distribuant.

Huic Testamento Episcopi, Abbates *v. Coimt. an.*
 & Comites tunc præsentibus subscripse- *811. n. 3.*
 runt.

Sæculum IX. runt. Aderant Archiepiscopi septem,
A. C. 811. Hildebaldus Coloniensis Archicapellanus,
 Riculfs Moguntinus, Arno Salisburgensis, Wulfarius Rhemensis, Bernuinus Vefuntinus, Leidradus Lugdunensis, Joannes Arelatensis, Episcopi quinque, Theodulfus Aurelianensis, Jesseus Ambianensis, Hetto Basileensis, Valgaldus seu Valgandus Leodiensis, Abbatres quatuor, Fridugifus S. Martini Turonensis, & Cormeriaci, Adalongus Lauresheimensis, Engilbertus Centulanus, Hirmino S. Germani Parisiensis. Ignoramus, cur in Testamento Caroli de tribus Ecclesiis Metropolitanis Elufana in Vascovia, Narbonensi, & Aquensi nulla mentio fiat. Verifimile est, eas tunc temporis aliis Ecclesiis fuisse subjectas, Aquensem Arelatensi, & Narbonensem Bituricensi. Elusa vero anno 732. a Saracenis capta & everfa, necdum receptis viribus, Ecclesiæ Burdegalensi suberat.

Id. n. 8.

§. LI.

Capitulare Interrogationum.

Cap. Interr. p. 478. to. 7. Conc. p. 1184 Duos habemus hujus anni octingentesimi undecimi Commentarios, ex quibus dispicere licet, quam serias piæque cogitationes Carolus Imperator his ultimis vitæ suæ annis foverit. Quæstiones præparaverat, quas pro utilitate Eccle-

c. 1.

c. 2.